170

G

112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

~~V: 149 b.~~
170 g 112.
CA-1486

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

MARCI·ANTONII·SABELLICI·

in natalē diem virginis elegia prima incipit foeliciter·

Koninklijke Bibliotheek 's Hage

Virginis alma dies tellus quā pontus et aether
Laudat et immēsi regia tota poli
Salue festa dies coelestis conscia partus
Virgineo salue digna puerperio
Venturā cecinere pii te carmine vates
Teque sibyllini nō tacuere chori
At tibi nascenti quanuis praenunctius iret
Splēdidior solito lucifer ater erat
Iret et aurato cōiunx titonia curru
Candidior cygnis et candidiorque niue
Fuscior illa tamē visa ē quis credere possit
Quanuis zelotypo sit placitura viro·
Clarius astrifero sidus splendebat olympo
Cedere cui potuit phoebus et alma soror·
Illius aduētum manes sensere profundi·
Cerberus et stygiam qui regit arte ratem
Cynthius oceano nitidum quum tolleret axem
Et matutinis surgeret actus equis
Vidit ut insolito radiantē lumine mundum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Numine non nullo sensit adesse diem
Quid cunctamur ait tātos ne morabimur ortus
Nascere iā fas ē: nascere sancta dies
Dixit ⁊ extremis subito se pdit ab indis
Caetera spectasses nil nisi splendor erat
Nō pluuios lux illa notos: borea ve niualem
Sed mollis zephyros sensit ⁊ ethesias
Credita nec caelo ē longis erroribus ulla:
Dulcia sed vernās carmina fudit auis
Perq3 diem nulli tentarunt bella leones
Nullaq3 mōtanis praeda petita lupis:
Perq3 diem tutae iacuerunt littore phocae
Forsitan ⁊ stygiā non tulit vnda ratem
Pallidus inuisis orcus parsisset ⁊ vmbris
Parcere si poterat tristior ille locus.
Pulchra fuit mundo fulsit quae pma recenti.
Nempe dies longe pulchrior vna tamē
Pendebāt mites in apcis collibus vuae
Strataq3 erāt passim poma sub arboribus
Presserat erigones flagrātem cynthius aluum
Instabatq3 pcul nec glacialis hyems
Libra diem tacitis aequabat noctibus ⁊ iam.
Spirabat tepido missus ab axe notus
Verna fuit tamen illa dies vernare putasses

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Aequoreos fluctus aethera tura polos.

Haec est illa tui sacri lux conscia partus

Anna parens tãtae virginis ãna parens

Foelix cui matri mater venerãda tonãtis

Annuit aethereo suspiciẽda throno

Illinc maternos vultus miratur ꝛ vlnas

Et quae se toties sustinuere manꝰ

Natalem celebrate sacrum garamãtes ꝛ indi

Hesperiae gades ꝛ boreale solum

Hunc immensa colat tellꝰ hunc pontꝰ et aether

Coelestes mentes sidereiqꝫ chori.

Ipse ego pãpineo seruatis mensibus ãno.

Virginis ãte aras mascula tura dabo

Solennemqꝫ diem traducã carmine et hymnis

Suspendãqꝫ sacro munera nostra tẽplo

Immodicasqꝫ p̃ces addã: da virgo quotãnis

Ipsa tuo vati mystica sacra coli

Tũ vero aeternum quoties lux alma redibis

Saepius hoc vultu vel meliore nites.

In regiã progeniã virginis Elegia. secunda

Egia ꝓgenies regꝭ venerãda creatrix.

Sidera cui parẽt tartareiqꝫ lacus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Natales regina tuos eñ tollere cantu
Aggredior coeptis intemerata faue
Annue et aeternum valeant permessidos vndas
Phocaicae laurus lebetridumqz chori
Tu cynosura mihi medio dux certa pfundo.
Montibus et siluis tu mihi fida comes
Sed quid regalem repetam ne ab origine gentem.
Et qui te sancti progenuere patres
Prodit in exhaustum series immensa laborẽ.
Pauca sequar multum sic quoqz gliscet opus
Ille pius vates diuini carminis auctor
Ille senex gentis gloria prima tue
Qui non aequoreos fluctus coeliqz meatus.
Dura nec aeoly carceris imperia
Qui non magnaminos reges non tristia bella
Sed secreta poli prodidit alloquia
Coelitus o quotiens raptus super aethera sensit
Vnius et trini numen adesse dei
Ter veneranda tribus quotiens lux vna figuris
Est quoqz sidereo visa sedere throno
Virgineos partus et mystica fata nepotis
Credibile est etiã tum didicisse senem
Caetera fatidico meditatus carmina plectro
Creditur ante ipsam praecinuisse diem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Huius idumeae post fatum conditor arae.
Rege sat⁹ salomō regia sceptra tulit
Nūc seq̄t Roboā roboā trieteris abiae — Salomō
Qui subit ethyp̄e ɔtulit asa ducē — Roboā
Inde philisteis ditissia regna tributis — Abias
Ille tenet cuius nomina pauit arabs — Asa
Mox videre iorā nō mitia sidera regē — Josaphat
Sidus ochozias tristius inde tulit
Difficiles audax ppl'i molit' habenas — Jorās
Quae ruit an̄ sacras sāguiñolēta fores — Ochozias
Hinc regit ille puer quē inter miserāda suorum
Funera nutrices surripuē manus — Otholia
Victor amasias scelerato sāguine manes — Joas
Vindicat: ꝛ pris regia signa tenet — Amasias
Cui uix vna tribus lustris accesserat aestas.
Subsequit' fato deteriore puer — Ozias
Inde subit sacrae posuit qui limina portae
Limina chryphea cādidiora niue — Joathā
Magnus agā hosti poenas sua sacre relinquens
Dat ꝑ neglecta religione syro — Agam
Imperat ille pius templi qui sācta recludit
Limina: ꝛ ātiquos iussit adesse choros
Ditior hic croeso celebrat quem fabula lydo.
Ditior adaeo laomedōte fuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Te taciturus erā lūci fabricatorē arae:
Sed venerāda domus me tacuisse vetat
Huic succedit amon: cuius post fata iosias
Regnat ⁊ in vanos concitat arma deos
Evertit magicos lucos evertit ⁊ aras
Maioris fassus numen adesse dei
Quid ioachim reliquosq; canā post tristia regni
Excidia illustris qui subiere viri.
Fatidicos ne senes num carmina sacra revoluā.
Coelicolumq; patrum sancta ministeria
Tu mihi virgo satis summa ad praeconia sive
Epica plectra magis: seu magis ista placent
Tu splendor tu gētis honor tu summa tuorū
Gloria: ⁊ āntiqui phama suprema laris.
Deniq; tu quicquid poterit succurrere vati
Ara tibi erecta ē ad tua sacra veni

Quo ritu sit ad divae virginis aram sacrificandū

Elegeia tercia

Verite virgineas circum disponite lau
ros.
Qua rudis haec dominae tollit ara meae
Ire instat solemne sacrum ꝑperate ministri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Viuere si fas ē mi mihi marmor erit
Hic ꝛ maturae pendent cum vitibus vuae.
Et quum decrescit frigida rursus hyems
Oulabus hic etiā vernāt quum rura diebus
Et quum triticei praeteriere dies
Supplicibus votis stātes adoleuimus aras
Ignib9 effundet garrula turba preces.
Hic toto bona verba die dixisse iuuabit
Saepius ꝛ dominā turē litasse meā

Ad nazareth natale solum virginis. Elegeia. quarta.

Hic rogo phoebeos quae proxima suspicis ortus
Nascentis dominae conscia terra meae.
Illuxit quum laeta dies: q̄ diua tonātis
Huāno generi est ꝛ tibi nata parens.
Quae tibi signa dedit coelum q̄ nuncius aether.
Qualis erat ioachi regia parua senis
Hic quāuis nitido phoebus prodiret olympo
Hic minor aetherea lāpade splendor erat
Coelestes circum cunabula parua ministri
Quot steterāt trepido lucida turba pede
Quales parūa domus circūmfundebat odores
Quis dabat arcanis mollia tura focis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Ne tuā dissimula mihi gaudia: suspicer āte
Cernere praesentes non meruisse deos •
O nimium foelix tellus tua si bona noris •
Terrarum nulla es maxima terra fores
Sic quoqꝫ quis nescit delos tibi cessit ⁊ ida
Ista licet vanos iactet ⁊ illa deos
Cessit ⁊ aequoreis vndis circunflua cypros
Illustrisqꝫ samos trinacriumqꝫ solum
Deniqꝫ quaecunqꝫ ē tellus commenta per orbem
Quos male pro superis ture litastis aui
En age phoebeos casus scrutemur ⁊ ortus
Quaqꝫ fremens calido spirat ab axe notus
His quoqꝫ riphaeas addas licet āxius arces
Nullus erit toto maior in orbe locus
Non mihi maior erit quae primos terra parentes •
Aedidit huānum proditur vnde genus
Non natale solum ponto quum mersa iaceret
Omnia: qui struxit rexit ⁊ arte ratem •
Non moysi sint āpla licet cunabula tāti
Primorumqꝫ trium tecta verenda patrum
Non quae magnanimos reges magnosqꝫ ꝓphetas •
Nouit: idumaei regia clara soli
Prostratā bello tenuit te roma quid inde
Non valeā si non tunc quoqꝫ maior eras •

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Absit a uotis uana superstitio

Haud quisquam ante aras aurata fronte iuuencum
Lanigeram ue mihi de grege sistat ouem.
Non caper hic baccho uiuax non ceruua dianae
Non tibi phoebe celer hic cadit ictus equus
Irrita sacra uacent iam iam uacet iritus ille.
Sacrorum ritus quem tenuistis aui
Pro furor ille fuit: gaudent non sanguine quos nam
Ignorat coeli numina sed precibus
Ter lustratus aquam inueniat que in ueste sacerdos
Prodigus arcanis det pia tura focis
Stent pueri circum trepidi innuptaeque puellae
Perspicuus certa uirginitate chorus
Quem si forte iuuat festas ductare choreas
Comprimat intonsas candida uitta comas
Succincte niueas uestes altaria circum
Virginis aethereae nomina magna uocent.
Sacrificas nabatea focis dent tura ministri.
Dent quoque coricii mollia fila croci
Stet matrona procul moneo procul inde resistat
Quaecunque est primos passa puella toros
Non florae ludicra paro non orgia baccho
Mollia cecropiae non paro sacra deae
Sed quae pompiuos meruit gestare triumphos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Perpetuumq̧ decus virginitatis hȝ
Non hãc lasciui motus risus ve peaces
Sed meritura fides ⁊ pia tura mouent.
Hic voces iactare pias ad sidera fas est.
Exaudit iustas virgo vocata p̄ces
Turicremas moneo venerabere virginis aras
Protinus ⁊ tutum carpe viator iter:
Hinc liceat ⁊ typhis committat carbasa ventis
Non nisi mitificas sentiet ethesias.
Vota hic maturis p̄ frugibus ãnua sistat.
Vinitor: ⁊ quisquis vomere sulcat humum
Hãc pro foetura pecorum tutela magistri.
Pro grege munificã rite litate deã
Hic pacē qui pacis amat laeta ocia quaerat
Quaeritet ⁊ supplex hic sibi pauper opē
Non nisi vocalis quãuis modo mutus abibit.
Claudus eat celeri cesserit inde gradu
Audiet ⁊ surdus: fuit ⁊ qui lumine captus
Protinus aspiciet fassus adesse deã
Denique quisquis erit sãctas qui adnenerit aras
Virginis imploret numina magna meae
Nos q̄ter o liceat totis venerabimur ãnis
Quem de cespitibus fecimus esse locum
Cespitib⁹ duris rudis haec mihi tollitur ara.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Jactet martē satos fratres regesqz superbos
Oebaliumqz addat ābitiosa numā
Quiqz reos caedis iussit se consule natos
Tāta fuit patriae grā tātus honor
Jactet et ausonium spreuitqz doelia tybrini ·
Quaeqz fuit latiae phama pudiciciae
Et quem deceptae plectentem crimina dextrae ·
Cernere magnanimus porsena non potuit
Quisqz sibi pontem passus post terga reuelli ·
Ipsa licet contra staret tethrusca manus
Tercentum fabios assertoresqz camillos
Nec quibus agnomen aphrica victa dedit
Non catulos deciosqz duos geminosqz catones ·
Non capitolini nomina magna laris ·
Nec taceat cossum nec te marcelle relinq̄t
Non curios parcos fabriciumqz senem
Tollat et immensum syllā mariosqz feroces ·
Pompeiosqz duos : caesareāqz domum
Ipse etiā thyriae tollāt se laudibus arces ·
Jactet et ingentes punica terra duces
Neu sileāt gades · nec gens suprema britāni ·
Aruīgarum fas est aruigarumqz docent
Gallia si quid hz si quid germania laudent
Cātet et illustris graecia docta viros

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Arsacidumqz genus memorent & praelia parthi
E ptolemaeorum nobile stemma pharos.
Clarior vna quidem terraqz beatior omni.
Nascentis dominae conscia terra meae.
Tu bethlem summi regis venerãda creatrix
Crederis hoc ipsum praeteriisse decus
Hãc primã immensi coeli fabricator & ortu
Factus homo mixto nomine pressit humum
Haec igitur regum regem tulit illa parentẽ.
Vtraqz terra suo data puerperio.
Ista vel illa coli digna est sit longior aetas
Sẽtiet alterutrum munera nostra solum
Nunc age virgineo tellus memorabilis ortu
Suscipe deuotae munera parua lyrae.
Tu mẽtem metire tui non munera vatis
Munera non flectunt: sed pia corda deos.

De natali diuae virginis ad illustres sui saeculi
poetas. Elegeia quinta

Natalem celebrare diẽ paro v̾ginis almae
Virginis ãte pium postqz puerperium
Huc ꝓperare pii vates cãtare periti
Lustret honoratum laurea sãcta caput.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Ipse ego virgineae factus modo villicus arae
Gramineos sterno sedulus ecce thoros
Hic sub pampinea carmen meditabimur umbra
Quam fons perspicua leniter ambit aqua.
Stant circum platani densaeque ex ordine laurus
Cespitibus medio tollitur ara solo
Lux solennis adest iam dum subsellia fixi
Ite precor latii · phama suprema viri
Docte philelphe veni fas est pater optime cultam.
Claudere per tanta virgine Sfortiadem
Imperfecta seni ne sit sua psaltria vati
Ne te sabine tibi belgica bella morae
Tu quoque ne cessa musis comitate sicanis
Pandormita tuae gloria trinacriae
Huc pontanus eat nec non mihi redditus oris
Pannoniae maior nomine callimachus
Philetiumque suum nihil hernica nympha moretur
Nil verulana meum moenia sulpitium
Huc volscus marsusque adsit iuniorque catullus
Adsit et arguti laurea pierii
Nec decantati totiens remorentur amores
Te mihi sed cultam cosmice tende chelyn.
Calphurni pia musa veni: tuque ipse venito
Carlo ferox tanto conspiciende choro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Dalmaticum cipicon: cupidusqꝫ huc plectra requiro

Cenomani multum sobria ambriaci

Tu pylade comitate tuo doctoqꝫ catullo.

Corneli huc adsis huc et alexis eat

Haec meus aurato teneat subsellia plectro

Cynthius ausoniae phama futura lyrae

Creticis argiuis adsit reuocat9 ab oris.

Et tibi qui fuerat cretice magne comes

Trãseo: sed multos forsitan quos phama recondit

Et quorum nondum cognita musa mihi ē

At vos pieridum vates decus itẽ vocati

Qui solennis adest hunc celebrate diẽ

Omnia virgineo resonẽt mihi carmine et hymno

Non nisi per laudes lux genialis eat

Ipsa sui interea patris mirãda creatrix

Aetherea gratos spectet ab arce choros

Illustresqꝫ viros nunc p̄mum forte reuulsos

Fontib9 aoniis ad sua sacra vocet

Et sibi facundo meditari carmina plectro

Gaudeat aethereo conspicienda throno

De virginitate eiusdem. Elegeia sexta

actenus ecce tuos virgo venerabilis ortus.

Diximus et gentis nobile stemma tuae.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Virginitas honos mirãdaqꝫ gloria nunc me
Admonet: incoeptum dirige vatis iter
Non leuis exiguo versatur puluere curr9.
Fluctuat in tenui non mihi linter aqua.
Planities hinc vasta iacet: iacet inde ꝓfundum
Siue paro terris pergere siue mari
At faueas nullusqꝫ in eis moderetur habenis
Automedon: typhis nec regat ipse ratem.
Alter et automedon medio certamine credar
Alter et in medijs te duce typhis aquis
Te sine conat9 frustra meditabimur omnes
Et sine te null9 proderit vsqꝫ labor
Praeterea non ipse mihi berecynthius atis
Luditur aut quales pauit adonis oues
Non bis rapt9 hylas: non tristia fata lycurgi.
Vecta nec in solitis hippodamia rotis
Deniqꝫ non prisco decies cãtata cothurno
Fabula sed mẽtem grãdius vrget õpus
Ardua res certe ẽ vani non indiga phuca
Quaeqꝫ velit plectro nobiliore frui
Quisquis enim regina tuas comprẽdere laudes
Audeat: et versu praemia magna sequi.
Ille etiã memoret mot9 et sidera coeli.
Quam vernante die plurima vernet auis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Quot libycae spirāte noto glomerantur arenae
Et quot cecropium ver populantur apes
Plus tua virginitas meruit q̄ grata tonāti
Ordinis adstātis sancta ministeria
Et plusquā quos ipsa super lux trina recumbit
Coelitibus cunctis nomina grata chori
Non tātum numerose seraph meruisse putaris.
Denique non reliqui tā meruere chori.
Quem non elysiis repetitꝰ clamor ab atriis
Quem non mille patrum commouere p̄ces.
Virginitas haec sola poli secreta tenentem.
Creditur in terras elicuisse deū
O foelix nimium foelix quē non capit orbis
In tua se fudit viscera factus homo
O nimium felix coelos qui & cuncta creauit
Lactasti tanto pignore digna parens.
O nimium foelix dextra sua regna tenentem.
Altrices cuius sustinuere manꝰ
Te coelum te terra colit te pontus & aether
Forsitan & stygiae te venerātur aquae.
Sis foelix quotiensqꝫ precor reuocabere vatis
Protinus huc adsis delitiosa tuo

De p̄sentatione virginis ad templū. Elegeia. septima.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Venerat alma dies qua te pia vota mariti.
Soluē coelicolis fas erat anna tui
Exierat teneris iamdum virguncula cunis
Ibatq; in trepido pergere docta gradu
O quales voces q̄ dulcia verba parenti.
Reddidit arcano blāda puella sono
Tanta quidem non talis erat cū visa per annos
Posse capi oebalio fertur amata numae
Gratus vterq; parens ad limina sacra tonantis
Limina rypthea candidiora niue
Supplicater niuea stabatq; in ueste sacerdos
Ante fores gratum constituistis onus.
Candida vestis erat praecinctaq; tēpora lauro.
Caetera virgineum non decuiē caput
Hic vtriusq; manu templis illata parentum
Constitit ante ipsum parua ministra tholum
Gratius ecquando productū munus ad aras
Quando dari potuit victima tanta deo
Pluris parua fuit virgo: mactare parentis
Ante aras natum q̄ senis obsequium.
Quam noua quae primus libauit dona sacerdos
Quam populi sanctae deniq; primitiae
In populuz hic oculos rerū sator ipse retorsit
Coepitq; in melius vertere consilia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Sperari coepta ē misero concordia mundo
Senserunt manes proxima fata pn̄
Haec erat illa pns totiēs repetita prophetis.
Exemptura sua virginitate nefas
Quicquid prima parēs mortalis abstulit vna
Virginitas tāti restituisse fuit
Intermissa mouent quid te commertia natae
Quid dederis nescis ne moueare parens
Quod non vis auri totus ve redemerit orbis
Quā das pro populo sola puella potest
Hinc erit ille nepos insonti sanguine qui te
Humanumqʒ velit restituisse genus
Horridus immensi trepidat quē ianitor orbi.
Prorsus et infernae nauita tristis aquae
Purget et elysios campos claustrisqʒ refractis
Emergat qui auras victor ad aethereas
O foelix quicunqʒ datum suffusa robore
Cernere praesētis virginis ora meae.
Indolis o qualis species ꝙ̄ clara futurae
Induerat vultus signa pudicitiae
Non sata mortali coelo demissa videri
Hic pudor hic pietas hic decor omnis erat.
Virginibus subducta loco penetrale subiuit.
In medio talis conspicienda choro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Qualis nocte cadēs prima inter sidera vesper
Inter hamadryades delia qualis erat
Tu venerāda parens cum coniuge parua reuisis
Limina iā voti liber vterqʒ sui

Da ministerio ṽginis ad aram in tēplo Elegeia. viii

Dicite idumeae vrā ē nā phama puellae
Quādo palestini plus meruere foci
Quādo magis licuit superos sperare secundos.
Quādo fuit tantus relligionis honor
Quā dominae quum dextra meae gestabat acerrā
Placabatqʒ suos parua ministra lares.
Dicite dimisso properat dum singula vultu
Virgineo qualis sedit in ore rubor
Nunqʒ hilaris non moesta fuit per caetera nomen.
Numinis omne fuit omen in alloquio.
Quid totiēs vestae vanum penetrale vetustas
Vestalēqʒ refert ambitiosa chorum
Integritas seruata metu non grata ministris
Sed patriae ritus relligionis erat
Hinc pudor inde metꝰ sperataqʒ verbera saeui
Pontificis ⁊ vestae si periere foci
Terrebatqʒ specus collinae proxima portae
Non nisi pollutis cognita virginibus
Virgineum nunq̄ spargi mea virgo cruorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Viderat aut terris inuida membra tegi
Virginitas sed grata fuit quam parua tonāti
Vouerat: & sanctae norma pudicitiae
Non merui sed si talem sortita ministram
Vesta foret patrum vana superstitio
Credibile ē vix sena deae sat lustra fuisse:
Emeritaqz manu se voluisse coli.
Pro populo sola haec faciat permittite magi
Pontifices: sanctis det pia tura focis.
Vosqz palestinae templi tutela puellae
Fundite deuotas dum facit illa p̄ces
Cuius dextra magis poterit flexisse tonātem.
Aut quae venturo gratior esse manus:
Quā totiens qua se gestādum destinet: aut qua.
Optet ab aethereo culmine lapsus ali.
Tu quoqz magna roga quid. n. tibi virgo negatū.
Ille velit cui sis saepe vocāda parens.
Ac te humilē paruāqz geris minimāqz ministrā.
Credis & in tāto te nihil esse choro:
Cunctarum tu iussa facis dictataqz sacra
Bisqz die obsequium terqz operata pium.
Longaeuaeqz frequens adstas studiosa magistrae
Decessura pio non nisi iussa loco.
Synaicas leges & fata ꝓphetica discis.

Virgineae sortis nuncia fata tuae

Pro quotiens tãtam matrem mirata precatis

O venias oculis conspicienda meis.

Virgo suprema veni miseri spes unica mūdi

Ante tuos liceat procubuisse pedes

Figere praetentae detur precor oscula plãtae

Et tua si nō sim seruula credar ego

Sed quid ais cuiusue cupis dic serua videri

Cuius adoptatos procubuisse pedes.

Si nescis tu illa es virgo q̄ missus olympo

Nascitur intacta virginitate puer

Eia age exacto gemino tua praemia lustro

Praemia momentum grāde salutis habe

De apparatu virginei triumphi: et in p̄mis de ipsius currus ornatu. Elegeia nona

Cessit inexpleti tādem possessor auerni

Et q̄ victor erat hac quoqz parte iacet

Ducite laurigeros huc templi ad limina currus.

Sit victrice nihil pompa futura minor

Aureus axis erit temo aureus ornet eburnas

Stellatasqz decet plurima gemma rotas

Hic carchedonij radient opalicqz rubentes.

Assimilis viridi tucqz smaragde freto

Chrysopilon durusqz adamas teretesqz cylindri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Et quod quaerenti dat tibi cythis arabs
Acopis et quondã precio spectatus achates.
Fortis alectoriae galaicosq; duplex
Multicolor mitrax nec non et cãdidus ion
Gasidane et venis pulcher apiste tuis.
Splendeat hic arabes quicquid misistis et indi
Arte laboratum caetera spiret ebur
Atq; duplex rerum series viuescere quarum.
Altera credatur nobiliore manu
Altera non notis rudius celata figuris.
Perspicuum: tãtum relligionis opus
Hic spectare noui liceat primordia mundi
Vt terras rerum condat et astra parens
Jussus vt elatas sedes sibi vendicet ignis
Aer vt in medio praestet et vnda loco.
Vtq; nouis errent siluis animalia: primus
Vtq; parens stupido corpore surgat humo
Hic male contacti spectantur crimina ligni
Et nece fraterna commaculata manus
Exilio dãnata domus tumidisq; sub vndis.
Obrutus: vt quondã maximus orbis erat.
Arca vetus rectorq; senex sobolesq; sub illa
Et modo victricis nobile stemma domus
Obsequiumq; senis prolem ma ctare paratis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Et pūeri insōtis mystica venditio
Nec procul assurgāt diuini culmina templi
Gestaqz cum populis proelia finitimis.
Niliacus carcer desertaqz errata famesqz
Non nisi diuino contolerata cibo
Diuisumqz fretum nec non remeātibus vn̄dis
Spectentur phariae quae periere manus
Igneus ille rubus moyses quem viderat: et quae
Pumice percusso prosiluistis aquae
Deniqz synaicae leges reparataqz regna
Pontifices templi: virgineusqz chorus
Se quoqz permixtā virgo galilea ministris
Cernat et arcanos saepe adolere focos
Parte alia mirāda quidem sint multa nec ipsis:
Intellecta nouis condita imaginibus
Hic miretur vti sinuosis nuncius alis
Portet ab aethereo culmine missus aue
Inscia vt aspectu titubet virguncula pmo:
Tradat vt edoctas ad pia fata manus
Atqz eadem preagnātis vti montana sororis
Visat vt optatum gentibus aedat onus
Spectentur pueri insontes infanda tyrām
Imperia: et domini nuncia stella sui.
Vtqz tribus praelata magis sint munera: et ipsum

b iiii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Monstratum coele tutius effugium.
Auctorem texere suum deserta canopi
Concidit in matris plurima palma manus
Fatidicusqz senex reseras sua fata: relatus
More patrum rursus in sua templa puer
Regis sancta cohors & publica verba salutis
Et data bissenis dogmata discipulis
Obuius aut matri stygio sit victor ab orco.
Horteturqz palã terqz qterqz suos
Demqz vt ad superos scãdat rediturus ad ipsum.
Vltima post mundi saecula iudicium.
Ipsa licet media miretur singula pompa.
Tale decus rerum nesciat esse suum
Ornet & eoi currus fastigia laurus.
Laurus perspicuae uirginitatis honor:
Candide vela duo praestnt super aureus illis
Ales erit cuius funera nouit arabs:
Non niuei iungentur equi: non demqz tigres
Subiuga sed casti monocerotes eant

Apparatus & processus virginalis triumphi

Scãde triumphales virgo tãneia currus
Pro foribus tẽpli pompa parata tibi ẽ.

Iã dudum captiua phalãx praecedere coepit.
Post humeros saeuas turba reuincta manus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Praecessit superis inuisa superbia cuius
In sua consurgit cornua torua caput
Infensae comes ẽ infensior ira sorori.
Pergit inexpletae pallor auaritiae
Liuida cura subit nec non dãnata perenni
Corpori facies horrida desidiae
Consequitur veñeris species lutulenta nefandae
Formaqz dãnosae luxuriosa gulae
Oĩa foeda simul: simul est quoqz visa voluptas.
Et cum mortifero crimine culpa sequi
Segnities & somnus iners tactusqz nefandi
Nequitiae mollis luxus : inanis honos
Eumenidum victae facies & flumina auerni
Deniqz praesigni praeteriere nota
Omne nefas claro ꝑmissa est praeda triumpho
Ne tibi sis virgo glorificãda morae
Turicremis abscede focis : arisqz relictis
Virgineo ꝑdi conspicienda choro
Ipsa sed eoo victrix iã tollitur axe
Victricesqz ꝑmit laurea parta comas
Instita virgineas abscondit cãdida plãtas
Per radiat niueos plurima stella sinus
Non aliusquisqꝫ decuit me iudice cult⁹
Iudicium cãdor virginitatis habet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Ite licet solimae vestra quoqz phama ministrae
Carpite communis praemia militiae
Consortes meriti collegaqz turba fuistis
Sit tua tā claris gloria militibus ·
Ite coronatae victricia tēpora lauro
Dextra gerat palmā concutiatqz manus
Proxima progresso fuerit manus ista triumpho
Carmine virgineum testificata decus
Succedat numerosa choros pompāqz seq̄tur ·
Quaecunqz est nullos passa puella toros ·
Adsit et a solimis virgo digressa aliscis ·
Adsit ab irriguis vallibus hierici ·
Accolit et quae te fluuio iordanis amoenor
Praefortunati conscia nympha vadi ·
Si q̄ tenet diras famosi asphaltidis vndas ·
Callirohen medicā genesarāqz bibit
Tharicen q̄cunqz colit tenāqz sebonqz
Et te samario condita lydda solo
Intactas huc tāna manus huc mittat idumae
Et bedoros quicquid virginitatis hz ·
Nec sit gaza morae raphiae properatae puellae
Protinus elusam linquite et epiceron ·
Vos nihil hessemi fas ē huc mittere nusq̄ ·
Palmiferis errat foemina vtā locis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Nec stimulat lascivia venus sobolis ve cupido
Sed sobolis p̄stat convena turba vicem
Incola non desit casi quē lumina phoebi
Cernere nascentis nocte silēte volunt
Huc coeat galilaea phalāx betheleiaqȝ turba
Quaeqȝ colunt piares ardua saxa manus
At vos municipes neu linq̄te vrā puellae
Moenia: sacrificias sed date tura focis
Ne mora sit rebus victricia signa propinquāt
Ipsa triumphatrix gloria vrā venit
Ite et victricia linguis animis qȝ favete.
Redditae tā clarae premia militiae.
Cingite mox laetā velis et frondibus vrbem̄
Gaudeat ignota relligione dies.
Clamet io vulgus repetitis vocibus ipsi
Seqȝ sciāt nunq̄ plus meruisse lares

De causis dominicae ānunciationis Elegeia. x.

Vsticiae moderāe tuae gladiūqȝ remitte
Justus es atqȝ idem crederis esse pius.
Parce satis luimus miserādae crimina culpae
Postera progenies inscia turba sumus
Respice possessum stygiis p̄ domibus orbem̄
Desinat āti quum perdere cūncta nefas.
Numen in immensum primi coiere parētes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Supplicii immensus debuit eē tenor
Sed tua te pietas flectat generator olympi.
Poenarum exhaustum credimus eē nimis
Te coelum te terra rogat te pont⁹ et aether
Muscosi fontes perspicuiq; lacus
At te stagna soli sinuosaq; flumina clamāt
Clamat ab immensis caedua silua iugis
Indomiti colles possessaq; rura colonis
Seu rigeat bruma seu modo vernet ager
Te volucres piscesq; orāt te grādia cetae
Quadrupedumq; greges omnigenumq; pecus
Quicquid in humanum vertisti conditor usum.
Immemorem domini te vetat esse sui
Cui spectāda olim numerādaq; sidera coeli
Cui data terrarum machina tota poli
Cui quoq; debuerāt animātia cuncta teneri
Tartareo mersus sub phlegetonte iacet.
Illa tibi assimilis species iacet obruta flāmis
Auctoris mundo nuncia forma sui
Hūmanum miserata gen⁹ te cuncta precātur
Teq; rogāt populi contrahe fata tui
Hoc rogat elysijs clamor repetitq; ab aruis
Quid veteres tātum commeruere patres
Ut sileā fauces contusaq; pectora gustu

In medio phama est indoluisse virum
Supplicium doluisse tamen: poenaqz peremptem.
Comminuit tāti poenituisse fuit
Te vocat ille senex oppressae conditor arcae.
Qui nisi bisdena cessit olympiade
Te moysi spectata fides: atqz impigra fratris.
Imperia & sanctae praemia militiae
Te patris obsequium meditātis funera nati.
Quo casura magis victima grata foret.
Te quoqz longaeui mitissima facta parentis.
Vnde per illustres exoluere tribus
Te pietas nati fratrum quem turba prodit.
Fatidicaqz rogāt sobria plectra senis
Clamat idumei templi molitor & arae
Et qui nos docuit tristia fata pati
Virtutum numerosa cohors tibi demqz ab imis
Sedibus extensas tollit in astra manus
Promissā sobolem poscunt pignusqz salutis:
Omnia et aduentus tempora laeta tui
Tu natum dimitte polo sator almae: reperta est
Fertilis et tāto semine digna seges

De vi catholicae fidei aduersus veteres coeli per scrutatores. Elegeia duodecima.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Strorum potuisse nouos deprēdere cursus
Vestra parethonii ē gloria magna viri
Ite licet radio partam praetendite palmā.
Sitqz peremne decus: sitqz peremnis honor.
Coelorū seruare vices docuistis et astra
Quod monstrastis iter postera turba terit
Paulatim vasti vobis auctoribus iaps.
Innotuit moles irrequieta poli.
Vtqz haec bissenis totidemqz fugacibus horis.
Vertatur tacita lubricitate semel
Continuo errātis lunae solisqz labores
Cognita et obliqui semita zodiaci
Inqz duodenas abijt discreta figuras
Zona vagaturis peruia sideribus
Mox quibus inter se spacijs ea sidera distent.
Septenosqz fuit discere cura tonos
Quo non laete senex tute saturne receptes.
Quo iouis idaei prospera stella micet
Vt gelido mare mixtus auo per victrica regna.
Temperet affinem: mitificetqz iouem.
Vt gemina verrere domo tu bellice: monstri
Terga cleonei non nisi phoebus amet.
Hinc veneris notuere lates dubijqz meatus.
Lux quoqz phoebeis aemula luminibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Quo facinde loco mediteris fata repertum est.
Cyllenia ꝛ phoeben quod iuuet hospitium
Praeterea ignotum nequid mortalibus esset
Scrutata est geminos improba cura polos
Deprēditq̄ꝫ pari cursu per climata labi
Dissimiliq̄ꝫ tamen sidera curriculo.
Inde hyadas pleiadasq̄ꝫ notat cressamq̄ꝫ nitentem
Quā teneat coeli piscis vterq̄ꝫ plagā
Qua religione poli spacietur lubricus āguis
Quo situs arcthophylax quo cynosura loco
Nec superas reserasse fores contēta quieuit
Mens hominum mira ē vlteriora sequi
Defectus hic phoebe tuos praedicere grans
Ante diē latio mitit ille suo.
Vnde imbres mixtiq̄ꝫ ruant cum grandine nimbi
Hauriat vnde suas concolor arquus aq̄s
Quid tā dira micent turbātes regna cometae
Vnde micēt subitae bolides vnde faces
Et quae tā densae iaculentur fulmina nubes
Fulmina quid possit elicuisse polo
Quid boreas zephyriq̄ꝫ ferāt quid de auster ꝛ euri.
Quis pluuius terris quis de serenus eat.
Casuros lapides coelo decimisse vetustas
Creditur o mira cognitione viri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Foelices coeli mentes rerumqz capaces
Durat adhuc vester quem peperistis honos.
Peruentum ad limen coeli est postesqz reclusi.
Altius attolli non potuistis aui
Non speculae phariaeqz rudes numeriqz seqces
Nullaqz adhuc tāti sedula cura fuit
Scrutari secreta poli sedesqz beatas
Et quae sustineāt pondera grata throni
Vna quidem species ternis discreta figuris
Hic pater hic natus luxqz sequestra sedet
Trinus et vnus amor trina est atqz vna potestas
Hic deus atqz ille est tercia forma deus
Ecquis vbi illa aderat mundo promissa peccāti
Foelices inter semper habenda dies.
Qua ñoua progenies mitti debebat olympo
Progenies nostrum soluere missa nefas.
Quis rogo consensus mentem ter rite verendi.
Verbaqz mirādi mutua concilij
Deniqz quis nouit solij decreta superni.
Non homo sed tātum relligiosa fides
Affuit haec testis :uiditqz haec vna quod ipsi
Discere coelestes vix meruere chori.
Haec eadem nobis coeli penetrale reclusit
Traxitqz in superas pectora nostra domos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Cedite iā phariae mētes curaeq; procaces.
Quod caminus vestra sedulitate caret
Non radij nunc si qua latent non astra recludent
Sed mihi sācta comes duxq; futura fides

Ad diuā grārum virginē Elegeia. xiij

Patris venerāda parēs o filia nati
Sidus & astriferi ianua sancta poli
Accipe diua pij non impia munera vatis
Laudibus immixtas accipe diua p̄ces
Ante thronum nati supplex tu crimina mundi
Diluis & mundo pādis ad astra gradum
Irā saepe tuae lachrymae flexere tonātis
Saepe minas lachrymae comminuere tuae
Humanum fortasse genus periisset & orbis
Et potuit rursus mergere cuncta chaos
Maternae ni ritē preces natiq; patris q;
Fregissēt iusti fulmina iudicij
Per te tuta quies: per te sunt ocia terris.
Pressa iacēt merito bella nefanda tuo
Te duce tuta ratis tumido volat aequore: tutum
Quilibet orbe vagus te duce carpit iter.
Supplicibus sola es portus & aura reis
Tu pia virgo facis quod dat sua munera coelum.
Praesidium lapsis sola es: lux unica caecis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Quodq3 datis fruimur tu pia virgo facis
Humanum tutare genus lux alma: tuamq3
Perge precor sobolem conciliare tuis
Impmisq3 pios haec paruula tecta penates.
Deuotosq3 tibi ptege diua lares
Praeside te pueri valeant iuuenesq3 senesq3.
Et cum virginibus turba pudica nurus
Arborib9 foelix: foelix sit frugibus annus.
Sitq3 ferax tellus omnigenumq3 pecus
Pax et laeta tuos foueat concordia ciues
Inq3 vicem populus seq3 senatus ament
Qua tibi sponte pius cessit geruasius aedem.
Incolis immodica relligione locum
Fac rata vota pii vatis regina: precesq3.
Proq3 rudi nitidum te penetrale manet
Quod lapis ē mox marmor erit splēdebit et auro
Haec tēpli facies quae cariosa tibi ē
Cētum thure pio sertisq3 recentibus arae
Spirabunt tepidis quaeq3 operata focis
Exoluēt populi seq3 haec ad limina votis
Suspēdentq3 tuo grādia dona tholo.
Haec te diua manēt maioraq3 pmia: sed tu
Saepius huc adsis rite vocāda tuis

Et sic ē finis per me Jacobū de breda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 112